

Cubi latus.

E —————

Dodecaedri, latus.

E —————

Icosaedri, latus.

C —————

Theorema 10. Propositio 10.

Si recta linea secetur extrema, & media proportionem; Erit, vt recta potens id, quod à tota; & id, quod maiori segmento, ad rectam potentem id, quod à tota, & id, quod à minori segmento; Ita latus cubi ad latus icosaedri, in eadem sphaera cum cubo inscripti.

Theorema 11. Propositio 11.

Dodecaedrum, ad Icosaedrum in eadem cum ipso sphaera inscriptum est, vt cubi latus, ad Icosaedri latus, in vna eademque sphaera.

Theorema 12. Propositio 12.

Latus trianguli æquilateri potentia sesquitercium est lineæ perpendicularis ab vno angulo ad latus oppositum, seu basim, deductæ.

Theorema 13. Propositio 13.

Si sphaeræ (duo solida corpora, Tetraedrum & Octaedrum circumscribentis:) diameter fuerit Rationalis: Erit tam superficies Tetraedri, quam Octaedri in ea sphaera media.

Theo.